

mino: Domino Hartmano Dei Gratiâ Episcopo Curiensi<sup>1</sup> / fratre nostro Praedilecto, Rudolpho de Sargans Praeposito / Ecclesiae Curiensis<sup>2</sup>, et Nobili, ac Spectabili Comite Joanne de Sar-/gans<sup>3</sup> Patruis nostris praedilectis, nec non Henrico Vend<sup>4</sup> Capellano / primi Altaris Capellae S: Florini<sup>5</sup> Confessoris<sup>6</sup> inter Parochias Schan, / et Trisen Curiensis Dioecesis sic, quod ad nullam earundem / Parochiarum pertinet, situatae, ac de voluntate, et expresso / consensu eorundem omnium, et singularum<sup>7</sup> altare in dicta / capella S: Florini contiguum muro juxta minus ostium ejusdem / capellae situm in honorem S: Mariae Virginis Dei Genitricis, nec non / beatorum S: Joannis Baptiste, et S: Christophori Martyris fundatum, ob / salutem, et in nostrorum progenitorum, ac Conternorum, ante-/cessorum, et successorum nostrorum, nostraeque Conthoralis videlicet / Dominae Catharinae Comitissae de Sargans, natae de Werdenberg animarum, / nec non omnium fidelium animarum remedium, pro quibus ob Dei / honorem, et Sanctorum praedictorum quilibet Capellanus dicti Altaris divina / officia pro defunctis, et aliâs prout tempus requirit assiduè, ut / comodè poterit, celebrare debebit, et specialiter qualibet feria 5.<sup>ta</sup> / seu die Jovis 4<sup>tuor</sup> temporum nostrorum Progenitorum, Con-/ternorum, Antecessorum, et Successorum nostrorum, ac dictae nostrae / Conthoralis anniversaria cum vigilibus, et orationibus debitibus / solenniter celebranda dotavimus, et praesentium tenore, via, / jure, modô, et formâ, quibus melius, et efficacius fieri potest, / ac debet, dotamus cum bonis, decimis, censibus, et redditibus uni-versis in fine praesentium subspecificatis, his modis, et conditionibus, / videlicet, quod nos, et universi nostri successores Domini in Vaduz / existentes, et nullus alias habeant praesentare ad dictum Altare<sup>8</sup> / et ejus Praebendam actu Praesbyterum idoneum Praeposito Ecclesiae / Curiensis seu ejus successori pro tempore existenti legitime, ipséque / Praepositus eundem per Nos, seu nostros successores Dominos in Vaduz / praesentatum idoneum teneatur, cùm aliâs ad Praepositum Ec-/clesiae Curiensis ex antiqua Consuetudine quoad<sup>9</sup> dictam Capellam / pertinere dignoscatur, Canonice instituere, ac cum plenitudine / juris Canonici investire; in Casu autem, et eventu, quo Nos, / vel nostrorum Successorum Dominorum in vaduz aliquis hujus-/modi vacationis tempore infrà mensem, postquam hujusmodi / va-